



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

Eynatten, Maximilien de

Antverpiae, 1626

Benedictio Thalami.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

306 MANVALIS EXORCISMORVM
mani generis. Et rogamus te Dñe Deus no-
ster, vt hæc creatura medicinæ famulo tuo
qui ea vtetur, in nomine sanctæ Trinitatis
efficiatur salutare remedium, sitque perfe-
cta medicina in visceribus eius. Qui in Tri-
nitate perfecta viuis & regnas in sæcula sæ-
culorum. *Resp.* Amen.

Deinde aspergat Aqua benediçta.

Benediçtio THALAMI.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-
ritu tuo.

Oremus.

Benedic, Domine, thalamum hunc: vt
omnes habitâtes in eo, in tua pace con-
sistant, & senescant, & multiplicentur in
longitudinem dierum cum incolumitate
mentis & corporis, & ad regna cælorum
perueniant. Per Dñm nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

Creator & conseruator humani generis,
dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ
salutis; tu Domine emitte beneçdictionem
tuam super hunc thalamum, vt quicumque
in eo requiescet, in virtute cælestis defen-
sionis ad vitam æternam proficiat, & à suis lan-
guoribus & doloribus, omnibusque infi-
diis & machinationibus diaboli & ministro-
rum

rum eius liberetur. Per Dominum, &c.
Resp. Amen.

Postea aspergat Aqua benedicta.

Benedictio CUBICULI.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit caelum & terram.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. Oremus.

Benedic, Domine Deus omnipotens, locum istum, ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, fortitudo, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & haec benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, Angeli tuae lucis eum inhabitent, eumque & eius habitatores custodiant & defendant contra omnes insidias inimici, & si quae aduersa & contraria sunt ab eo in hoc loco machinata & fabricata, auctoritate maiestatis tuae expellant. Per Dominum, &c. *Resp.* Amen.

Oremus.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & benedic locum istum dextera tua sancta, & omnes qui in eo commorantur, illumque visitare, & inhabitantibus gratiam sanitatis impertiri digneris, sicut benedicere dignatus es cubiculo & domui

V 2 in